

Universitätsbibliothek Wuppertal

Symbolarvm Libri XVII. Qvibvs P. Virgilii Maronis Bvcolica, Georgica, Aeneis ex probatissimis auctoribus declarantur, comparantur, illustrantur

Vergilius Maro, Publius

Augustae Vindelicorum, MDIC

Ecloga septima. Melibœus.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-322)

ter, quod apud Græcos *αὐτὸς*. Præter hunc locum testis A. Cantatæ autem cantilenæ numero 10. 1. de ortu mundi, rerum ac animalium, hominum. 2. de aureo sæculo, quod tamen vix attigit. 3. de furto, & supplicio Promethei. 4. de Hyla. 5. de Pasiphae. Nam Prætidum tantum per comparationem facta est mentio. 6. de Atalanta. 7. de transmutatione sororum Phaetontis. 8. de Gallo. 9. de Scylla. 10. de Tereo. *NUMERVM QVE REFERRE IVSSIT* Sic & Cæsar lib. 3. belli ciuil. Vniuersi Cæsarem adierunt, palamq; de eorum iniuriis sunt questi, & ad cetera addiderunt, falsum ab his equitum numerum referri, quorum stipendium auerterent. German. *INVITO PROCESSIT. V. O*) Ab Homero possit hunc tropum mutuatus videri. Iliad. 6.

*Sic pueri Donacen tosto sub sole canebant:
Frigidus è syluis donec discedere suavit
Hesperus, & stabulis pastos inducere tauros.*

Et tertiam.

*Hæc Pan Menalia pueros in valle docebat:
Sparfas donec ones campo conducere in vnum
Nox iubet, vberibus suadens siccare fluorem
Lactis, & in nives astrictum cogere glebas.*
Finitur Ecloga inani fabula de Phœbo. Relata sunt quædam falsa, vt ostenderetur Epicuræ doctrinæ vanitas.

*Ἡ ἑλίου δ' ἀλάμνα βασιλὴς πῶτα ἦεν
Πέμψεν ἐπ' ἀναγοῖο ροὰς ἀέκοντα νέεσθαι.*
Tantum voluptatem habebat cantus Sileni, vt ipsum quoq; cælum, quod assidua & irrequieta motione circumuerratur, stupefactum hæreret, vespertiq; superuenienti ingratis cederet, solemq; suum inuitò occasum deduceret. Hic sensus est verborum. Proinde quasi olympus esset animo præditus, vtereturq; auribus, & iucunditatem cantus perciperet. Vtitata hæc figura poetis, affingere nimirum sensum non sentientibus, & rationem non ratiocinantibus. Sic Ouid. 1. Metamorph. non valde dissimiliter Maroni. *Sedit Atlantiades, & euntem, multa loquendo Detinuit sermone diem.* Vel ipsum solem vocat diem, quia auctor & effector est dici: vel olympum, qui vehit diem, id est, solem. Tam libenter itaque dies Mercurium, quàm hic olympus Silenum auscultauit. Iacob. Pont.



Ecloga septima. Melibœus.

SYNOPSIS.



*C*orydon, & Thyrsis amœbæis inter se versibus collusuri erant: ad Daphnidem uterque certaminis eius arbitrium detulerat. Daphnis Melibœum, fortè fortuna prætereuntem, & caprum qui à grege deerrauerat vestigantem, ad audiendum inuitat: istuc primùm narrat Melibœus. Et est diserta inprimis, mirumque in modum festiua & luculenta narratio. Ipsa quoque caussa, quæ Melibœum eò loci compulerit, vbi & Daphnim offenderet, & pastoritiæ huic velitationi interesset, appositè conficta est. Postea ipsemet utriusque versus memoriter recitat, & ad finem à iudice secundum Corydonem fuisse pronuntiatum significat. Opinio est, poetam sub persona Corydonis, penes quem victoria, suam ipsius in isto carminis genere præstantiam insinuare: vt quantumuis Bacchi numine afflatus aliquis, frustra secum de palma contentionem suscepturus videatur: id quod Thyrsidis appellatio latenter monet. Cuius nomine sunt qui Bauium, vel Meuium, vel Anserem poetas trioboli, notatos existimant, quibus ipsis alibi Maro infamiae notas sempiternas inussit. Argumentum ex diuersis Theocriti Idylliis coagmentatum apparet, quod & Seruius non tacuit. Sed tamen ita ingenio & industria elaborata omnia, vt non aliunde petita, verùm domi nata videri meritò queant.

EX-

POETA sub persona Melibœi, CORYDON, THYRSIS.

Orte sub arguta confederat ilice Daphnis,
Compulerantq; greges Corydon, & Thyrsis in vnum:
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas.

AMBO FLORENTES ÆTATIBVS, ARCADES AMBO:

5 Et cantare pares, & respondere parati.

Huc mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerrauerat: atq; ego Daphnin
Aspicio: ille vbi me contrà videt, ocyus, inquit,
Huc ades ô Melibœe (caper tibi saluus & hædi)

10 Et, si quid cessare potes, requiesce sub vmbra.

Huc ipsi potum venient per prata iuueni,
Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius, eiq; sacra resonant examina quercu.
Quid facerem? nec ego Alcippen, nec Phyllida habebam,

15 Depulso à lacte domi quæ clauderet agnos:
Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum.

POSTHABVI TAMEN ILLORVM MEA SERIA LVDO.

Alternis igitur contendere versibus ambo
Cæpere, alternos Mula meminisse volebant.

20 Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.

Theocrit. principio Idyl. 6.

Δαμοίτας, καὶ Δάφνης ὁ βοσκὸς εἰς ἓνα χῶρον
τὰν ἀγέλαν ποιῶν, ἄρτε, συνήγαγον. ἥς δ' ὁ μὲν αὐτῶν
Πυρρὸς, ὃ δ' ἡμιγύνει. δὴ κέαναν δέ τιν' ἄμω
Εὐδόμενοι δέρε· μέσω ἄματι, τοιὰ δ' αἰδόν.
Damoetas & Daphnis, Arate, bubulcus in vnum
Compulerant aliquando greges, iam rufa tegebat
Barba mihi mentum, florens lanugine sola.
Mentum erat illius. Sedere in margine fontis,
Et media hosce die cantus feruente dedere.

Est & alium locum imitatus, qui est principio Idyll. octaui: ut ita ex duobus Theocriteis, quemadmodum aliàs, & quidem diuersorum Idylliorum vnum fecerit, seu ex duobus suum vnum conflauerit. Quanquam nonnullos etiam ex pluribus quàm duobus.

Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνήγρετο βοσκολόγῳ
Μάλα νέμων, ὡς φαντὶ, καὶ ὥρεα μακρὰ μιν ἀλάκας.
Ἄμω τῷ ἡπνὶ πυρρὸν εἶχον, ἄμω ἀνάλω.
Ἄμω στείον δὲ δαήμενον, ἄμω αἰδόν.
Excelsò dum pascit oues in monte Menalcas,
Daphnidifama illum est lepido occurrisse bubulco.
Rufus utrique capillus, eratq; impuber uterque:
Fistula uterque sciens, cantusq; peritus uterque.

Iam verò Virgilio idem hic iudicium in imitando Theocrito fuisse, quod & alibi, obseruandum est: ideoq; descriptionem coloris barbæ, aut capillorum (nam utroq; in loco πυρρὸς ad barbam, sicut in altero πυρρὸν εἶχον ad capillos referri mihi videtur) minimè imitari, sicut nec alia quædam minima, voluisse: sed ætatis duntaxat mentionem faciendam putauisse: ideoq; ad illa respicientem verba, ἄμω ἀνάλω, dixisse, *Ambo florentes ætatibus*: vbi plurale valde rarum habemus, *ætatis*. Sed & hoc patuci animaduertunt, rarum hic quendam vsum participij *florentes*: quum florere ætate dicantur vulgò, qui iam attigerunt iuuentutem: iuuenes autem non soleant esse æ-

Ανέροι, vt Theocritus dixit, ἄμω ἀνάλω. Sed Cicero quoq; ipsam adolescentiam dixit florem ætatis, in Topicis. Hoc est, quasi qui adolescentiam dixit florem ætatis: senectutem occasum vitæ velit definire. Sed quamuis ἀνάλω dicatur à Theocrito de suis pastoribus, potuit Virgilius pubertatem suis tribuere, siue primam pubertatem. Tunc autem ita dictum erit florere, vt flos in illo disticho.

*Collige virgo rosas, dum flos nouus, & nona pubes,
Et memor esto æuum sic properare tuum.*

Iam si de puberibus intelligamus illud *florentes ætatibus*, licebit etiam suspicari, ad ἡμιγύνει· Virgilium respexisse, cui πηγύνει à Theocrito opponi crediderim. Ad versum illum quod attinet, ἄμω στείον δὲ δαήμενον, ἄμω αἰδόν, rursum hic Theocritus non tantum ἔα αἰδόν, sed etiam ἔσσειν meminit: qui alicubi etiam τὸ αὐλεῖν addit. Verum ut illic, ita etiam hic cantus duntaxat mentionem facere voluit Virgilius. Hec ex Henr. Steph. frustatim sumpta contexuimus: ex quo item reliqua pænè omnia, quæ de Maroniana Theocriti imitatione per Bucolicas hæc Symbolas differuntur, arbitrato nostro decerpimus. SUB ARGUTA ILICE) Propter susurrum, & strepitum, seu sibilum foliorum eius, vento agitatorum, de quo Ausonius.

*Est & arundineis modulatio muscaripis,
Atque arguta suis loquitur coma pinea ventis,
Incubuit foliis quoties leuis Eurys acutis.*

De huiusmodi argutiis etiam Catullus in Phaselo,
*Vbi iste post Phaselus antea fuit
Comata sylua: nam Cythorio in ingo
Loquente saepe sibilum edidit coma.*

Vide Eclog. 8. ibi, *Manalus argutumq; nemus, &c.* Obserua præterea, quemadmodum in Bucolicis pastore, fingantur captare vmbas arborum. Nam & Eclog. 1. recubabat Tityrus sub tegmine fagi. Et Eclog. 2. legis de Corydone,

tydone, *Tantum inter densas umbrosa cacumina fagos* Affiduè veniebat. Calpurnius, *Ad gelidos fontes, & easdem forte sub ulmos Conveniunt.* Nemefian. eclog. 3.

Nyctilos atq; Mycon, nec non & pulcher Amyntas Torrentem patula vitabant arbore solem.

Apud Theocritum frequenter. Congessit hosce locos Comment. in Nemefian. Robert. Titius, eclog. i. ibi, *has ulmos potius, fagosue petamus.* DISTENTAS LACTE CAPELLAS) Eclog. 4. *Ipsa lacte domum referent distenta capella Vbera.* ARCAD. AMBO, ET CANT. PARES) Muscam si veram expendas atque legitimam, vniuersis hominibus conferre plurimum, constans bene sententiū opinio est, Arcadibus verò, inquit Polybius, & necessaria maximè: proinde ita receptum moribus apud eos est, vt non pueros modò, verum & adolefcetes, iuuenes ad trigessimū ætatis annum ea disciplina imbuendos curent, cum sint alioqui dissimilis vitæ homines, austeriorisq; Cantu & choreis Libero patri ludos cõcelebrant singuli pro ætatis ratione. Denique vita omnis id genus cantionibus, studiisq; impeditur. Ceteras artes apud eos ignorasse, nulla prorsus ignominia est. Muscam nescire nemo potest, quia necessariò discitur. Eius imperitiā illic fateri turpissimum est: nec id lasciuiæ causa, vel deliciarum: sed vt labores assiduos in colendis agris, & vitæ præterea duritiem atq; asperitatem, & austeriores mores ex celi quadam tristitia prouenientes, hac quasi dulcedine remolliant, atq; contemperent. Huius autem rei argumentum ingens ex Cynethensibus est: qui cum instituta maiorum peruiacius aspernari cepissent, in eā breui feritatem abiēre, vt in nulla totius Græciæ ciuitate scelerata maiora, aut crudelitatis exempla ederentur immatoria. Ex his dilucere manifestius opinor, cur vates Mætuani in Bucolico ludicro subinde in cantilenæ mentione Arcades pluribus efferre laudibus non desinat. Rhodigin. lib. 9. cap. 9.

Profert hunc locum Brodeus lib. 9. cap. 18. ex Polybio δὲ οἱ σχεδὸν πάντες μόνους ἀρχαῖσι πρῶτον οἱ παῖδες ἐκ νηπιῶν ἀδιδεν ἐδίδον) κατὰ νόμους, τὰς ὕμνους, καὶ παιάνας. Propterea ferè apud Arcadas solos pueri ab infantia secundum leges docentur canere hymnos, & Pæanas. Vide Athenæum lib. 14. Poeta videtur passim præ cæteris Arcades à Musicæ studio commendare, inquit Germanus, ea, vt puto, ratione, quod Aristotele prodente in Polit. non intra vrbis mœnia coire, & considere soliti sint, sed σποράδην habitare, & sparsas domos per agros habere. Vnde & pecuariam fecisse, pascuis, pastionibusque operam dedisse consentaneum est: inde & studiis pastoralibus, musicæ, cantuique bucolico deditos fuisse eximie, verisimile est.

* Versus ipsos amulatus est Nemefian. eclog. 2.

Ambo duo, cantuq; pares, nec dispare forma,
Ambo genas leues, intonsi crinibus ambo.

Vult autem Virgilius, strumq; horum pastorum adeo insignem esse cantorem, vt perpetuum ipse continuumque, & æternum carmen queat deducere. DEFENDO A FRIGORE MYRTOS) De myrto disputat Plinius lib. 15. eius genera ponit 11. in extremo capite, videlicet 29. Bellicis quoque se rebus inferuit, inquit, triumphansq; de Sabinis Posthumius Tubertus in consulu (qui primus omnium ouans urbem ingressus est, quoniam rem leuiter sine cruore gesserat) myrto Veneris victoris coronatus incessit, optabilemque arborem etiam hostibus fecit. Hæc postea ouantium fuit corona. Lege quæ sequuntur. VIR GREGIS IPSE CAPER) Caper proprie est hircus castratus. Sed istis catachresibus nihil apud poetas frequentius. Defendit tamē aduersum Grammaticos, caprum pro hirco dici, Scalig. cuius verba protulimus Eclog. 9. ibi, *Occursare capro, cornu ferit ille, caneto.* Illud alterum, hoc est, figuram illam loquendi ἀνεγν seu ἀνεγρογίαν Grammatici nomi-

Anant. Sic Theocritus Idyl. 7. ὅ τε γὰρ τὰν λέναν αἰγὰν ἀνερ. Horat. Ode 17. lib. 1. capellas vocat vxores olentis mariti, id est, hirci. Martial. lib. 14. de vdonibus ciliciis. *Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti.* Columella lib. 7. Fœmina (ouis) post bimatum maritari debet. Rursum Horat. sat. 3. lib. 2. *bellua cognatos eliserit,* rana de sororibus suis, bouis pede obtritis. Inachus ad filiam Io in vaccam conuersam, Metamorph. lib. 1. *De grege nunctibi vir, & de grege natus habendus.* Et de ariete lib. 7. *pecorisq; maritus Lanigeri.* Noster vates 3. Georg. de equis admiffariis, & pullis equinis.

Quem legere ducem, & pecori dixere maritum,
Florentesq; secant herbas, fluniosq; ministrant,
Farrag; ne blando nequeant superesse labori:
Inualidisq; patrum referant ieiunia nati.

Martial. lib. 1. de catella Publij.

Casti tantus inest pudor catelle.
Ignorat Venerem, nec inuenimus
Dignum tam tenera virum puella.

Ad hunc tropum, siue ἀνεγρογίαν, in rebus huiusmodi, pertinet totum epigramma de sue prægnante, & ex vulnere pariente apud Martial. lib. 1.

Sus fera iam grauior maturi pignora ventris
Emisit fœtum, vulnere facta parens.

Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit.

O quantum est subitis casibus ingenium!

Iacob Pont. DEERRAVERAT (ὁ ἰοβότης est oberrans seorsum, de pecudib; proprie seorsim ab aliis pascetibus, quales poeta describit 3. Georg. *Atq; ideo tanros procul atq; in sola relegant Pascua.* Interpres Sophoclis eo loco in Aiace. ὦν δὲ αὖ φρενὸς ἰοβότας φίλοις μέλα πένθος ἐνερῆ), τέτρεσι τῆς φρενὸς ἀποπλανηθεῖς, ἀπὸ μελαφροῦς τῶν πλανηθέντων βοσκομένων, καὶ μόνων βοσκομένων: vt ἰοβότας deerrantia, oberrantia, & soliuaga pecora significet. German. * Hoc verbo, deerrare & sum videmus Plautum quoq; Menach. Inter homines me deerrare, atq; inde auehi. Lucret. lib. 3. vagiq; Deerrant passim motus ab sensibus omnes. Cornif. ad Heren. lib. 1. si non deerrabimus ab eo, quod caperimus exponere. HVC ADES, O

MEL. CAP. TIBI S. ET. H) Inuitatio Daphnidis, cui vt pareat libentius, nuntiantur ei salui (id est, certo loco visi, vbi eos reperire possit) caper & hædi. De hædis nihil supra, sed κατὰ τὸ σιωπώμενον eos similiter à grege deerrasse accipimus. Caprum proprie hircum castratum significare, videtur insinuare Martialis. *Dum iugulas hircum, factus es ipse caper.* Mox etiam commoditas ad quiescendum memoratur. Iacob. Pont. SI QUID CESSARE POTES) Cessare interdum valet nihil agere, vacare: interdum intermittere, desistere, desinere, vel finē facere: interdum conuiescere, vel respirare. Cum pro nihil agere, aut vacare, aut conuiescere ponitur, absolutum est. Cum significat intermittere, vel desinere, infinitiuū post se habet. Primi generis exempla adscribemus. Cic. ad Attic. mihi quæuis satis iusta causa cessandi est. Idem de Natu. deor. lib. 1. Ipsi pueri, etiā cum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur. Terent. Adelph. *Æschinus odiose cessat, prandium corrumpitur.* Sic cessator, cessatio. Cic. epistolar. lib. 9. Hæc tibi antea scripsi, non quod cessator esse solem, præsertim in litteris. Idem de nat. deor. lib. 1. Profectò Epicurus quasi pueri delicati, nihil melius cessatione existimat. Iacob. Pont. TEN. P. AR. RIP. EQVE SACRA RE.) Theocr. Idyll. 5. ὅδε κύπειρος, ὃ δὲ χαλδὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι. Hic ecce Cyperus, Hic incūdus apum sua circum aluearia bombus. Considerandū quomodo Virgilius hic quoq; è toto Theocriti loco vniuersum excerpt, eumq; ad aliud, q̃ Theocritus accommodet. Nihil. n. commune habent quæ præcedunt apud Theocritum, cum iis quæ præcedunt apud Virgiliū: ac ne hæc quidem de apibus dicuntur apud Theocritum ab eo, qui

qui alium inuitare velit ad locum, in quo illa sunt, aut A Pont. CERTAMEN ERAT COR. CVM THYRS. In Culice simile genus loquendi cernas. Hic & fama vetus nunquam moritura per eunum Curtius, e mediis quem quondam sedibus urbis Deuotum bellis consumpsit gurgis inundans.

Ερχομαι κατ' ἐμὸν ἵζον πίπται, ἀ τὸ μελίχρον
Πρὸς μελακὴς ἤκει κεκλιμένη ζεφύρος.
Ἡ δὲ καὶ κερύνει μελίχρον, ἐνθα μελίσδων
Ἡ δὲ ἐρημίοις ὑπὸν ἄγω καλὰ μῆνις.

Id est, Veni mihi Sator, & confide paululum iuxta me ampinum, qua Zephyro tenuis, seu placido agitata, sonum edit gratissimus. Ecce praeterea salientem fonticulum aqua dulcissima, ubi ego Pan modulans agrestibus calamis, somnum suauem hic requiescentibus concilio. NEQUE EGO ALCIPPEN, NEC PHYLLID. Neque Alcippen, vt Corydon, neq; Phyllida, vt Thyrsis, ait Seruius. DEPULSOS A LACTE) Sic Eclog. 1. quod saepe solemus, Pastores ouium teneros depellere foetus. Et Eclog. 3. Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis. Horat. Ode 4. lib. 4. fulua matris ab ubere iam lacte depulsum leonem, Varro æquæ, lib. 2. cap. 3. cum depulsi sunt agni à matribus, diligentia adhibenda est, ne desiderio senescant. I. bid. cum porci depulsi sunt à mamma. Hoc idem dicit eodem libro à mamma, à matre diiungere, à matre, à lacte remouere. Vulgò ab lactare dicunt. Agnos autem subrumos dicebant, qui sub mammis essent: mamma si quidem rumis, siue rumia dicebatur, vt à lacte lactentes. Contrarium, ad mammam accedere, contrarium intellege illis, à lacte, à mamma depelli, diiungi, &c. Iacob.

C. Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen

Quale meo Codro, concedite (PROXIMA PHOEBI VERSIBVS ILLE FACIT) aut si non possumus omnes, Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.

25 T. PASTORES HEDERA CRESCENTEM ORNATE POETAM

Arcades, INVIDIA RVMPANTVR VT ILIA CODRO.

Aut si vltra placidum laudarit, baccare frontem

Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

C. Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus,

30 Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.

Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota

Puniceo stabis furas euincta cothurno.

T. Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis

Expectare sat est: custos es pauperis horti.

35 Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,

Si foetura gregem suppleuerit, aureus esto.

NYPHÆ LIBETHRIDES) Libethrus fons Magnesiæ, vnde nomen hoc habent Musæ, vt ab aliis alia. Fontis huius apud Plinium, & Solinum extat mentio. Est & Libethrus mons apud Pausaniam, in quo & fons, & Musarum Libethridum simulacra fuisse dicuntur. Codrus eximius quispiam inter pastores cantor, amicus Corydonis. PROXIMA PHOEBI VERSIBVS) Secundum intelligitur, quod statim sequitur: proximum verò etiam longè remotum est: dummodo inter duo discreta nihil medium interiectum sit. Ita autem proximos Phœbi carminibus esse verisimile est, quantumuis magni poetæ mortalis versutus. Cum verò facit, ait, respicit Græcorum τὸ ποιεῖν, ποίημα. Certè & absolute enunciauit Aristot. de anima lib. 3. καὶ δὲ Σιμωνίδης ἐποίησε. Suprà, cum adiecto, facit noua carmina. German. & Lamb. in Horat.

* Cantorem, seu musicum, seu fidicinem, satidicum, medicum, iaculatorum, & poetam demum Apollinem poeta faciunt. Antiqui (vt Homerum, credo, maximè laudarent) non ipsum, sed Apollinem reuera sub nomine Homeri & versus illos fecisse didicerunt. Hic ARG. SACRA PEND. F. P) Horat. epist. 1. lib. 1. Veianius armis Herculis ad postem fixis. Nam qui artem gladiatoriam, militarem, aut aliam desinebant, eius instrumenta diis suspendebant, sacrabantq; ipsius potissimum artis præstidibus, vt etiam notauit Turneb. lib. 6. cap. 9. Vnde & epigram. Græcor. lib. 6. τὸ πᾶν ἐν τέχνῃς ἀνθ' ὅλο πᾶν ὁμῶν. Et eodem libro.

Ὁ γὰρ πᾶν Διὸς ἀνὰ λῶε θήκη το τέχνης,

Ὡς δὲ μῆνις, ἀρχαῖος λείψανον τέχνης.

Item.

Καλλιμένης μῆνις ἀποπᾶν ἄμεν καμάτοιο

Θήκεν ἐπὶ γῆρας καὶ δὲ ἐπισκῆπτο.

Tibull.

Tibull. lib. 2. eleg. 5.

*Pendebatq; vagi pastoris in arbore votum**Garrula sylvestri fistula sacra deo.*

Sic puellae iam factae nobiles, suas pupas Veneri, Laribus bullas pueri qui ex ephebis excessisset, Veneri speculum meretriculae. Et Entellus lib. 5. *hic victor castus, artemq; repono.* Sic Timon diues repete factus, apud Lucianum, Paniligonem & sagum suspendit. Et Horat. de sua barbito, velut emeritus, Ode 16. lib. 3.

*Nunc arma, defunctumq; bello**Barbiton hic paries habebit.*

Pariter Corydon iactat, se fistulam suspensurum, & musicam abiecturum, nisi carmina Phœbeis carminibus similia cantauerit. German. & alij. * *Sententia carmini hac subiecta est. Si excellentia illa Codri tanta est, ut communicari cum nemine possit, si Codrus est inimitabilis, non est cur posthac se- lim cantare, suspendam fistulam ad pinum hanc sacram Cybele. En quam est ambitiosus hic pastor: quasi non honestissimum sit, etiam in summis rebus summa sequentem, in secundis, tertij, & etiam infra tertias consistere. Nec vero cōtinuò nullus est, qui perfectissimus non est.*

HERA CRESCENTEM ORNATE POETAM
Codrum Corydon nimio opere commendauerat: quam commendationem irridet Thyrsis, eiq; alium quendam nouum poetam tacito nomine opponit, qui vel maior Codro futurus sit, adeo, ut ille vel inuideat, vel maligne, & aduersus animi sententiam laudet. Hedera, siue edera, (vtrq; enim modo scribitur) dicta quod hæreat parietibus, nimirum vetustis, ruinosis, quibus consuevit adnasci, aut aliis etiam rebus: siue quod edita petat, & in altissimos quoque parietes se propaget. Quæ in tutela Liberi putabatur esse: quia ut ille iuuenis semper, ita hæc semper viret: vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, illigat. Festus. De edera quercum annosam complectente & inumbrate, & ita velut gratiam referente nutrice suæ, rotundissimum profectò, & velut ab ipsis dictatum Musis epigramma Angelij Colorij hic venusto lectori inferam.

*Sumnascentem ederam trabeati in colle Quirini**Nutrierat densis quercus opaca comis.**Nunc, quia victa aeo viduata est frondibus arbor,*
Pro merito altricem vestit alumna suam.

Laurum & ederam sæpenumerò in ore habent poetæ, suorumque ex hisce frondibus coronamentorum frequenter meminerunt. Id quamobrem faciant, & vnde nam, quibusue de causis se vel ipsi coronis huiusmodi induerent, vel induerentur, per paucis adhuc probe exploratum atq; perceptum existimare libet. Quapropter fideli cum attentione hanc dissertationunculam nostram debent excipere, qui & ea quæ dicturi sumus, nondum perceperunt, & ex liberaliore doctrina rerum non modò vberem fructum, verum etiam oblectamentum magnum accipere consueuerunt. Hinc igitur sumamus initium.

Aurum nostrorum memoria, qui in facultate poetica plures quasi numeros consecuti essent, ac se vulgo versificatorum iam ex- emissent, à Pontificibus maximis, Romanisq; Imperatoribus lau- rea capiti sunt coronari. Quam consuetudinem manasse ab agone Capitolino, quem Domitianus instituit, in quo poetæ, rhetores, a- liarumq; professionum homines certare, & ab ipso Imperatore co- ronari ad similitudinem ludorum Olympicorum, sed quæna co- rona solebant. Confirmat Scalig. F. Aufonian. lect. lib. 1. cap. 10. Ex- cellens honor, illustris gloria, non quidem in ipso sermo, siue coro- na, quæ vix diobolaris esset: ut etiam illæ, quæ in quatuor sacris Græciæ certaminibus dabantur præmio victoribus, de quibus An- thol. lib. 1. epigr. 1. sed in ipsa approbatione, gratulatione, iudicio, testimonio tantorum monarcharum, potentissimorumque prin- cipum: cuius testimonij atque iudicij nullum hoc genere corona- tionis conuenientius potuit, magisq; proprium usurpari indicium atq; argumentum, ut infra planum fiet. Hoc autem decus primò ed pertinuit, ut eo commoti (cùm nimirum tantam in poetæ no- biles dignitatem conferri intuerentur) plures illius artis cupiditate

A exardecerent: atque ita honestissimum carminis condendi studi- um aleretur, maioreq; diligentia (non enim omnia sunt in natura, quod alibi docuimus: permultum quoque labor, & præcepta in poetis vendicant) excoleretur. Quamquam hoc nostro aeo nimi- um crebri visuntur isti laureati. Et quia comparatum est, ut vulgata à laude, & admiratione remota ponantur, contigit, ut ob laureato- rum, seu (ut se iam ipsi, spreto antiquo nomine appellare ceperunt) coronatorum poetarum multitudinem honor vix amplius honor censeatur, & excellentiores poetæ laurum istam, sicut ille 2. de O- rat. in faciliis turmas statuas, negligant: Catonemq; imitentur, qui cùm interrogaretur, cur ei statua, ut alijs, non esset locata, re- spondisse fertur: malle se posteritatem querere, cur Catoni statua locata non esset, quàm cur esset. Deinde, ut in viam redeamus, hæc ipsa coronatione cuiusdam vetustæ consuetudinis, eiusque præcla- ræ nobis recordatio redintegratur ac renouatur. Imperatoribus namque relata de hostibus victoria, & poetis insignioribus coro- nas à lauro offerri mos tenebat (ne falsò putemus nostrorum Car- sarum, aut Pontificum hoc esse inuentum, poetis coronam impone- re). Illis, quod, sicut inter arbores laurus de celo nō tangitur: ita ipsi hostium fulmina nulla pertulissent. Hinc item in triumpho pom- pa milites fertis laureis velati tempora, Imperatorem gratulabūdi prosequerantur. His verò, poetis inquam, quoniam laurus Apol- lini dicata est, cuius etiam in tutela sunt vates: & æternū viret, ut nomen & fama poetarum, quæ viuunt, & viret annis innumerabili- bus: quia carmina morte carent, & nullius agricolæ stirps tam diu- turna, quàm poetæ versu seminari potest. Cic. 1. de leg. Quoties er- go laurum suspirant, & hanc sibi coronam precantur, immortalita- tem sese mereri insinuant. Velut Horatius Ode ult. lib. 3.

*— fume superbiam**Quæstam meritis, & mihi Delpica**Lauri cinge Solens Melpomene comam.*

Ac de lauro quidem ista disputata sunt.

Nunc, ut proposuimus, de edera disseramus. Solebant veteres poetæ caput edera redimire, cuius rei testes apponam potissimum duos, Virgilium, & Horatium. Nam ille Eclog. hac ipsa. *Pastores e- dera crescentem ornate poetam.* Ad quem versiculum Seruius tradit, ideo bonos, & victores poetæ edera coronari: vel quia Libero dica- ti essent (quod scriptum est apud Horat. quoq; epist. 19. lib. 1. *Et malè sanos Adscripsit Liber Satyræ, Faunusq; poetæ.* Dicati porro, quod velut Bacchus, seu *Βακχός* in infantiunt, & insanire dicuntur. Ita- que idem Horatius Ode 25. lib. 3.

*Quò me Bacche rapisti**Plenum? quæ in memora, aut quæ agor in specus?*

vel quia, ut edera folia commanducata, agunt homines in furo- rem, teste Plutarcho in problematis: ita in poetis motus sit quidam diuinus, quo concitati, sæpe furibundis similes ea canunt, quæ trā- quilla iam mente, sui que facti compotes, vix ipsimet assequuntur. Hæc ratio in idem cum antecedere redit: vel quia suam semper vi- dicitatem obtinent edera: & ita carmina eternitatem & merentur, & auctoribus suis pariunt: quod etiam supra de lauro dicebamus, eam hanc ob causam ad poetæ insigniendos consuetam adhibe- ri. Quamquam virorem tam lauri, quàm edera non plus ad indi- candam poetarum in sæculo duraturam famam, quàm ad notan- dum, eos, qui talibus coronis essent digni iudicati, ingenio siue na- tura, & arte excellere, viri quidam eruditi valuisse ratiocinantur. Etenim per laurum ingeneratam ingenio vim, venæq; Apollineo afflatu locupletis vberitatem: per edera autem ipsam artem, in- dustriamq; per uigilem putant debere intelligi: siquidem edera per se, & suapte natura imbecilla, semper humi serpit, nec aliquando se sursum tollit: labore verò culta, & adminiculorū appositione, siue ad arbores, siue ad parietes applicata sic proficit, ut altissimè ascen- dat, omneq; fastigium superet. Ita vtrq; opus esse Poetis, ingenio videlicet, & studio: quod etiam Horat. ad Pisones monuit: cuius cū de edera corona versiculum adiecerimus, hanc disputationem claudemus. Ode 1. lib. 1. *Me doctarum edera premia frontium Diis miscet superis.* Epist. 3. lib. 1. *seu condis amabile carmen Prima feres edera & stricis premia.* Iacob. Pont. IN VINDIA RVMP. VT ILIA CODRO) Aristophanes Pluto. *διαρραγείς.* Demosthenes oratione contra Cononem. *αἰκίας ἐν ἐπορκῶ, ὅδ' αὖ διαρ- ραγῆ.* M. Tullius in Vatinius, rumpantur, inquit, ista i- lia. Propert. lib. 1. eleg. 8. *Hic erit, hic iurata manet, rum- pantur iniqui.* Vrsin. * *Rursum Demosthen. αὐτὸς ἐπὶ φανερῶν, δὴ τοῖν τε τῆς ἐνδοξίας ὁ Φίλιππος ἐξηλάδα, τοῖς μὲν ὀπλοῖς ὁ δ' ὁμῶν, τῇ δ' πολιτείᾳ, καὶ τοῖς ψυχρῶσι καὶ τῶν ῥητορικῶν τῶν τῶν, ὅπ' ἐμῶν.* Id est, Postquam igitur cecidit ex Eubæa Philippus, armis quidem & vobis, consilio autem reipub. administranda, & decretis (etiam si quos- dam illorum disruptum iri videam) a me. Libet adijcere festinum Martialis epigramma ad Iulium, in quemdam, quem hic morbus de- xabat. Et puto Martialem Virgiliana phrasi captum, ad eam toties alludere, verbo rumpitur soluisse. Est autem lib. 9.

L

Rum.

Rumpitur inuidia quidam, charissime Iuli,
 Quod me Roma legit, rumpitur inuidia.
 Rumpitur inuidia, quod turba semper in omni
 Monstratur digito, rumpitur inuidia.
 Rumpitur inuidia, tribuit quod Caesar uterq;
 Ius mihi natorum, rumpitur inuidia.
 Rumpitur inuidia, quod rus mihi dulce sub vrbe est,
 Paruaq; in vrbe domus, rumpitur inuidia.
 Rumpitur inuidia, quod sum iucundus amicis,
 Quod conuiuia frequens, rumpitur inuidia.
 Rumpitur inuidia, quod amamur, quodq; probamur.
 Rumpatur, quisquis rumpitur inuidia.

Catullus quoq; de Lesbia.

Nullum amans verè, sed identidem omnium
 Illa rumpens.

Horat. sat. 3. lib. 2. Non si te ruperis, inquit, Pareris. Et ep. 3. lib. 1. Rumpit Hiabitam Timagenis æmula lingua. Cum dicimus quempiam rumpi inuidia, nihil aliud volumus, quam eum discrucari vehementer, & marcescere, & tabescere isto morbo. Nec fuit Silla Siquam eminentia, qua careret inuidia, ut ait Tacitus. Et Velleius lib. 1. Affidua eminentis fortuna comes inuidia, altissimiq; adheres.

BACCARE FRONTEM CING. NENOCEAT. M. L. Laudari interdum ab aliquibus antiqui metuebant, & eam laudem vim fascini habere credebant: ut apud Plinium legimus libr. 7. cap. 2. quarundam familiarum in Africa laudatione interire probata, arefcere arbores, emori infantes. Idcirco ab illis, à quibus id metuebant, addi præfiscinè vel præfiscini volebant: quod est, sine fascino, ut testarentur aduerbio, non se fascinandi voluntate, sed laudandi animo, sine liuore villo, candidèq; loqui. Insigne mihi videor apud Charisium huius loci exemplum, & adscriptu dignissimum legisse. Ait Charisius libr. 4. Institut. Grammat. Præfiscini, Titinius in Setina. Paula mea, amabo. Ecce qui loquitur. Mox persona, quæ id metuit, & præfiscini, metu fascini addi postulat ad laudem. Poltu ad laudem addito præfiscini, ne scilicet (addit Charisius) puella fascinetur. Turneb. lib. 27. cap. 23. * Tertullianus lib. de Virginibus velandis. Nam est aliquid etiam apud Ethnicos metuendum, quod fascinum vocant, infeliciorem laudis & gloria enormioris euentum. Hæc ille. Qui tamen laudabatur, ei laudatorem nihil credebant nociturum, si quodam amuleto esset praemunitus, qualis hic baccar herba. MALA LINGVA) Catullus.

Quæ (basia) nec pernumerare curiosi
 Possint, nec mala fascinare lingua.

Mala lingua, vel quia mali hominis, & inuidi: vel quia mali cuiuspiam conciliatrix, ab effectu scilicet *μειλιχία*, ut frigus pigrum. Iacob. Pont. SETOSI CAPVT HOC APRI) Sensus est, o Delia, sylvarum & venationum dea, paruus Mycon uenator tibi ponit, vel suspendit caput hoc apri, & hæc cerui cornua: quod te propitia feliciter sit venatus. Hic potest videri prius votum persoluisse. Votum iterat his verbis. Si fuerit hoc proprium, id est, perpetuum, & firmum, ut semper te iuuante mihi feliciter venari contingat, ut apros, & ceruos capiam, statutam marmoream habitu venatricis tibi ponam. Modicius cap. 8. De præda dijs immolabant, & partes etiam quasdam eis interdum suspendebant de tholo, & consecrabant, ut hic Diana aporum capita, & ceruorum cornua Myco. Sic. lib. 9. Æneid. Si qua meis venatibus auxi, Suspendine tholo, aut sacra ad fastigia fixi. Turneb. lib. 4. cap. 22.

Quam deceter venatrici deæ offert venatoria munera? Et quod infra statuam ei positurū vouet curibus cothurnatis, ne in eo quidem à venatorum habitu discedit. Sic enim Venus schemate venatorio Æneæ filio in media sylua se offerens lib. 1. Æneid. & Carthaginensem virginem simulans,

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
 Purpureoq; altè suras vincire cothurno.

Multa erant Romæ fana Diana: & cum reliquis ceruorum cornua affigi mos esset, ei quod in Auentino erat,

A bouum cornua affigebantur. Causam tradit Plutarchus Quæst. Rom. quæst. 4. Sunt autem duo hiversus epigramma *ἀναθηματικόν*. In quo genere vltatissima est, *ἐλλειψίς*, dicat, offert, consecrat. Sic in 3. Æneid. Æneæ hæc de Danaïs victoribus arma. Iacob Pont. VIVACIS CERVUS) Viuacior ceruo, prouerbium. De cuius tamen viuacitate, & ut ita dicam, annositate, vereor ne falsa prædicentur à nonnullis scriptoribus. Vide Pierium lib. 7. in Ceruo. Ibidem cur Diana ceruis tantum, & capris gaudeat. Iacob. Pont. SI PROPRIVM HOC FVERIT) Afranius Vopisco. *Dij tibi dent propria quæcunq; exoptes bona.* Attius Armoreum iudicio. *Nam non facile sine deum opera propria humana sunt bona.* Horat. nihil amplius oro, Maia nate, nisi ut propria hæc mihi munera faxis. * Lib. 6. Æneid. nimium vobis Romana propago Vifa potens superi, propria hæc si dona fuissent. Quid porro est istuc proprium? quod puer ille sibi optabat: & ignorare impunè licet. DE MARMORE TOTA) Solent enim plerunq; caput, vel thoracica facere. Philargyrius. Leue marmor est *λεῖον*, politum, & nitens, laboratum. PUNICEO COTHURNO) Rubeos gerebant cothurnos, & huius coloris calceatum amabant mulieres: hinc illud Persij Saty. 5. *solca puer ob-iurgabere rubra.* Turneb. lib. 28. cap. 16.

Pro puniceus inuenitur et apud Lucret. in manuscript. pœniceus; ut moenera pro munera. Pœniceus autè, seu puniceus color differt à purpureo, & caruleo. Ac differentia quidem puniceus coloris, & carulei nota est: sed puniceus, & purpureus fortasse non ita. Purpureus color igitur ex sanie, & cruore purpure piscis conficiebatur. Ex quo eum credibile est ruborem fuisse nigricantem. Puniceus color verò fortasse ex palma, & similibus plantis fiebat, isq; rubor dilutior, floridior. Varro lib. 4. de ling. lat. Pœnicum purpure genus ex Carthagine primum allatum. Lamb. in Lucret. SINVM LACTIS) Quem Græci *δῖνον* vocant (eo autem nomine vas intelligitur ventris tumidioris, & rotundioris formæ, ut conijcio) Latini appellant sinum. Idem nomen & in Curculione Plauti extat: syllabæ certè proceritas introq; coniectura fauet, & vocabuli similitudo: tantum vereor, ne mutatio literæ, d, in, f, insolentior videatur. Sed cum *ἰσμεν* & *ἰδμεν* dicatur etiam ab ipsis Græcis & *ὀσμη* atq; *ὀδμη*, quid mirum est ab alienigenis eam esse permutationem factam, qui omnia solent ore suo vel corrumpere, vel aliquantum contaminare? Turneb. lib. 1. cap. 16.

Varro lib. 4. de ling. lat. dum origines nominum in poculis inquirat, Vas vinarium grandius sinum, ab sinu: quod sinum maiorem cauationem, quam pocula habeat. Collumella lib. 7. cap. 8. Minimum autem coagulum recipit sinum lactis, argentei pondus denarij. Veteri autem religione, ut periculator antiquitatis egregius Iustus Lipsius notat, Antiq. lect. lib. 2. cap. 18. minores, & quasi semipagani dii, in quibus etiam Priapus, non victimis, aut vino, sed lacte duntaxat, libo, & frugibus in patella appositis placabantur: nec misellis illis Iouem comitari licebat, *μὲτ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας*. Itaq; peritè ad hunc morem Virgilius. Et Priapus apud Catullum cautè sileri iubet, quod villicus illi interdum hircum, aut capellam faceret, ne hunc extraordinarium honorem alij dii inuiderent.

Sanguine hanc etiam mihi (sed tacebitis) aram
 Barbatu linit hirculus, cornipesq; capella.

* Animaduersum video à quibusdā veteris memoria peritis, Mercurio lacte supplicatum: ad eloquentia, cuius ille præses, declaranda suauitatem & delicet. CUSTOS ES PAVPERIS HORTI) Agris & hortis custodiendis Priapus è ligno fabrefactus præponebatur, ad fures & aues terrendas scilicet: quare propter

propter illos falcem, aut fustem gerebat in dextra: propter has arundinem in vertice. Horat. satyr. 8. lib. 1. ego furum auiumq, Maxima formido. Tibull. lib. 1. eleg. 1.

Pomosisq, ruber custos ponatur in hortis,

Terreat ut sana falce Priapus aues.

Sed hortus alius alio ditior, cultior: sicut ager agro fecundior. Pauperum horti sint sanè pauperes. Nunc TE MARM.) Hos duos versus ἐπαρώδιον Auson. epigram. 5. in Valentinianum minorem, Gratiani fratrem, subscribendos videlicet eius signo.

Nunc te marmoreum pro sumptu fecimus: at, quum

Augustus frater remeauerit, aureus esto.

Eosdem in re graui & lugubri æmulatus est Silius lib. 7. ubi Fabio contra Annibalem cum copiis profecto, matronæ Romanæ Iunoni pro Repub. supplicant, pallam ei auro intexam offerentes.

At dum decrefcit matrum metus, hoc tibi diua

Interea velamen erit. Si pellere nostris

Marmoricam terris nubem dabis, omnis in auro

Pressa tibi varia fulgebit gemma corona.

Iacob. Pont. SIF. OETVR. GREG. SUPPLE.) Stat. Thebaid. lib. 10. (Cui fætura gregem pecoroso vere non auit. AUREVS ESTO) Quomodo tam audet Thyrsis promittere simulacrum aureum? Primum lex ista est carminis amæbæi, ut aut æquale, aut contrarium, aut maius dicatur. Alter de marmorea Diana loquebatur, quam ei dedicaturus erat Mycon, aut pro Mycone ipsemet Corydon; hic aureum deum promittit. Deinde mos est hominibus, etiam Christianis quibusdam, vouere, quæ præstare non cogitant. Veruntamen Deus non irridetur. Respexisse putat Virgilium Chiliastes ad Græcorum prouerbium, aureus in olympia statuere, cum quempiam summo præmio dignum significare vellent. Iacob. Pont.

C. Nerine Galatea, THÝMO MIHI DVLCIOR HYBLÆ,

Candidior cygnis, hedera formosior alba:

Quum primum pasti repetent præsepia tauri,

40 Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.

T. Immò ego Sardois videar tibi amarior herbis,

Horridior rusco, PROIECTA VILIOR ALGA,

Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.

Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuueni.

45 C. Muscoli fontes, & somno mollior herba,

Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra,

Solstitium pecori defendite: iam venit æstas

Torrída, iam læto turgent in palmitè gemmæ.

T. Hic focus, & tædæ pingues, hic plurimus ignis

50 Semper, & assidua postes fuligine nigri.

Hic tantum Boreæ curamus frigora, QVANTVM

AVT NVMERVM LVPVS, aut torrentia flumina ripas.

Theocrit. Idyll. 11.

Ἄλκυονας Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ,

Λευκοτέρῃ παλὰς ποτιδέν, ἀπαλωτέρῃ δ' ἀργῶς,

Μόσχῳ γανυοτέρῃ, φαρὰν τε γ' ὀμφακῶ ὠμαῖς.

Candida cur Galatea tuum auerfaris amantem?

Cæseolo quæ candidior, quæ mollior agno,

Et vitulo lascina magis: sed acerbior una

Immatura,

Virgilius satis habuit illud comparatium λευκοτέρῃ interpretari, & tamen ita, ut λευκότης eius, id est, candorem, cum alia re, quam Theocritus, comparat: nimirum cum cygnis. Nam Theocritus cum lacte coacto (ita enim πακτῶν puto nos posse interpretari) confert. At Naso in illa sua imitatione, in qua mirum in modum luxuriat, non cygnis, vel lacte coacto candidiorem dicit, sed molliorem utroque horum. NERINE) Nerine tale est, quale est apud Catull. de nupt. Neptunine, apud Theocrit. & Callimach. ὠκεανίνῃ. Post deorum cultum ad amores transit, sicut & superius in tertia faciebant pastores. Quæ porro hic comparationes adducuntur duorum generum, priores, quibus laudatur Galatea; posteriores, quibus semet Thyrsis sub conditione vituperat, mirè concordant cum illis, quas plurimas Polyphemus lib. 13. Metamorph. in Galateam siue morigeram sibi, siue repugnantem confert.

Candidior folio niuei Galatea ligustri,

C

Floridior prato, longa procerior alno,

Splendidior vitro, tenero lascinior hædo,

Lenior assiduo detritis aquore conchis, &c.

German. CANDIDIOR CYGNIS) Quemadmodum ad eximium rei cuiuspiam candorem exprimendum valet, candidior niue, sic etiam, candidior cygno. Quid enim, quæso, hac voluere candidius, aut coruo quid nigrius? Sic alicubi Martialis.

Toto candidior puella cygno

Argento, niue, lilio, ligustro.

Laudantur his quidem locis meretriculæ, quod nos facere probum non est. At scire quibus comparationibus candorem eximium declares, & exprimas, quando usus venit, improbum non est. Idem de multis aliis velim accipias. Contra, aliam idem Martial. vocat nigriorem nocte, formica, pice, graculis, cicada. Et quid his vidisti nigrius? Est autem in fabulis, Cygnum fuisse Steneli Ligurum regis filium, materno genere coniunctum Phaetonti. Quem dum ad Eridanum seu Padum flumen summersum luget, in auem sui nominis migravit. Eam migrationem, simulq; causam breuiter & eleganter exposuit lib. 10. Æneid. Virgil.

Namque ferunt luctu cygnum Phaetontis amati

Populeas inter frondes, umbramq, sororum

Dum canit, & mæstum Musa solatur amorem,

L 2

Caneu-

*Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linguentem terras, & sidera voce sequentem.*

Exponit eandem, & naturam auis huius, vna cum fororum eius, Phaetontis inquam, transmutatione Ouid. lib. 2. Metamorph. quos versus in decimo, ad locum citatum proferemus. Cygnus animi candorem notat in hieroglyphicis. Lege Pieriū lib. 23. in Olore, & ibidem de eruditis quibusdam a candore laudatis Iacob. Pont. SI QVA CORYD. H. T. C) Horat. Ode. 1. Epod.

*Comes minore sum futurus in metu,
Qui maior absentes habet.*

Virgil. Eclog. 1. quod magis affine est. Ergo alacris sylvas, & cetera rura voluptas, Panaq. pastoresq. tenet. * Tui Corydonis inquit, & ad huc Corydon, quam si diceret, mei. Supra Eclog. 2. Te Corydon, & Alexi. Et lib. 12. Aeneid. Per si quis Amata tangit honos animum, ipsa Amata hac ad Turnum. IMMO EGOSARDOIS) Sunt qui existiment hos versus esse verba Galateæ, respondentis ad ea, quæ Corydon in illis quatuor versibus ipsi dixerat: quum Thyrsis personam Galateæ sustineat. Monet Steph. De Sardoia herba, & risu Sardonio vide quid afferat cum Erasmus adagio, Risus Sardonius, tum Rhodigin lib. 20. cap. 19. Nicolaus Leonicus variat. histo. lib. 1. cap. 1. Sardorum sanè insulam, in qua huiusmodi genus herbæ gignitur, pestilentem esse, notum est satis, & Martialis docet lib. 4.

*Nullo fata loco possis excludere: cum mors
Venerit, in medio Tybure Sardinia est.*

Pausan. lib. 10. Eadem insula (Sardinia) est venenorum omnium, & lethalium stirpium expers. Vna est herba pernitiōsa, apio persimilis. Qui eam comederint, ridentes emoriuntur. Ex eo Homerus primum, post alij Sardonium eum dixerunt risum, qui simulatione quadam, & cum stomacho ederetur. Sardiniam describit Diodorus lib. 5. cap. 5. Silius lib. 12. Strabo lib. 5. vbi inter cetera. Bonitati soli oppositum est vitium, quod per æstatem insula morbosa est, ibi præcipue, vbi feracissima est. Cum prius Ichnuſa à similitudine humani vestigij diceretur, postmodum a Sardo filio Herculis Sardinia nomen inuenit. VILIOR ALGA) Alga, inquit Festus, herba, quam mare ad littus projicit. Deinde hæc verba Maronis profert. Horat. Ode. 17. lib. 3.

*foliis nemus
Multis, & alga litus inutili
Demissa tempestas ab Euro.*

Et sat. 5. lib. 2. Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior alga est. Iacob Pont. LVX TOTO IAM LONG. ANNO) Horat. epist. 1. lib. 1. Vt nox longa, quibus mentitur amica. Lux pro die dictum est. Ita etiam Euripid Hecuba. Ἰστὶν ἡ δὴν φέγγος αἰωγῶμαι. Vrlin. * Catull de com. Beronices, festis luminibus, pro festis diebus. Placabis festis luminibus Venerem. Ennius item Medea, lumen pro die & sus est, dum Euripideum hoc, Εἶς ἢ ἱπὶ σὺ λαμπρὰς ὀφθαλμοὺς, ita conuerſit. Si te secundo lumine hic offendero. ITE DOMVM PASTI, ITE IUVENCI) Ad stabula iuencos redire iubet, ob causam, quæ ex superioribus intelligitur. Et addit, si quis pudor, propter eorum auiditatem in pascendo nimirum. Iacob Pont. Ad repetitionem verbi quod attinet, talis est in Tityro, Ite mea felix quondam pecus, ite capella. Et in Gallo. Ite domum satura, venit Hesperus, ite capella. SOMNO MOLLIOR HERBA) Somnus sæpè mollis dicitur. Herba somno mollior, videtur esse, mollis ad somnum capiendum, vt sit comparatiuus propositiuo, quod est solenne poetis. Et talis somnus agrestibus est mollissimus, & iucundissimus. Eclog. 5. Tale tuum carmen nobis, diuine poeta, Quale sopor fessis in gramine. Iacob Pont. RARA TEG. ARBVT. VMBRA) Arbutus genus arboris agre-

Atis: arbuta dum matura sunt, fragorum formam, & colorem referunt. Fruticosa quidem arbor, sed raram vmbra præstans. SOLSTITIVM PECORI DEFENDITE) Aduersus calorem solstitiale æstatis, optat vmbra pecori suo Corydon. Pecori dictum pro, a pecore. Defendite hic & alibi sapissime apud idoneos scriptores idem est, quod arcete, repellite, propulsate, auerſite. Horat. Ode 17. lib. 1.

*Velox amœnum sape Lucretilem
Mutat Lycao Farnus, & igneam
Defendit æstatem capellis
Vsq. meis, pluviosq. ventos.*

Plaut. Rud. Vt illas serues, vim defendas. Propert. Nympharum cupidas semper defende rapinas. Cic. in Catone. & nimios solis defendit ardore. Pro Roscio Amerin, Ausum esse quenquam in id conclaue se committere, cum ibidem essent duo adolescentes filij, qui & sentire, & defendere facile possent. Quo loco defendere, videtur esse prohibere [Et 3. Offic. Etenim si, qui non descendit iniuriam, neq. propulſat à suis, cum potest, iniuste facit. Columella lib. 2. cap. 9. Nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit.] Caesar bell. Gall. lib. 1. Et quod bellum non intulerit, sed defenderit. Lamb. in Horat. Lips. Variat. lib. 3. cap. 22. IAM VENIT ÆSTAS) Versum hunc, & qui proximè sequitur en quomodo Calpurnius pari festiuitate, alia tamen sententia æmuletur, dum claudit quartā eclogam.

*Nunc ad flumina oues deducite, iam fremit æstas:
Iam sol contractas pedibus magis admonet vmbra.*

Iacob Pont. IAM LÆTO TVRG. IN PAL. GEMMÆ) Eadem est ratio huius verbi turgent, quæ Georg. 2. illius tument, vbi poeta ait. Vere tument terra. Ne pigeat legere, quæ in eundem versum ex doctissimi Victorij lib. 10. cap. 22. desumpsimus: Gemmæ in vitibus, & arboribus translātè dicuntur, quod vel Grammatici pueri non ignorant: sed est translatio à lapillis pretiosis. Necessitate autem rustici dicunt gemmam in vitibus: quid enim dicerent aliud? inquit Fabius lib. 8. cap. 6. Palmities vernis horis turgent gemmis, ver proximè æstas sequitur, cuius vicinum aduentum ex gemmis illis colligit. HIC FOCUS, ET TÆDÆ) Theocrit. Idyll. 9.

*Εν πυρὶ δὲ δρυῖναι χορτὰ ζῆ, ἐν πυρὶ δὲ ἀναι
Φαγοὶ χειμαίνοντο. ἔχω δὲ τοὶ οὐδὲ ὄσον ὄρεαν
Χειμαῖος ἢ νωδὸς καρύων, ἀμύλοιο παρόντος.
Bullit omasum igni querno: sunt arida in igni
Fagi, quum bruma est: nec tantum tempora brumæ
Curo, nuces quantum esse edentulus, est data si puls.*

Legimus autem in eodem Idylliō paulo ante.

*Τὰ δὲ θέρειος φέρωντο ἔργα ὅσον μελεδαῖνα,
Ὅσον ἐρῶντι παρὰ δὲ μύθων, ἢ μὴ δὲ αὐτίκ.*

*Tantum autem æstatem, quamuis sit torrida, curo,
Quantum curat amans monitus audire parentum.*

HIC PLVRIMVS IGNIS) Haud mirum certè, si frigora contemnat Thyrsis, quippe cui assiduo luceat igne focus. Plurimus ignis, inquit, ergo ligna non defunt, quæ largè super foco reponantur. Tametsi etiam inde plurimus ignis, quoniam tædæ pingues, multum resinæ habentes, quod est præſens flammæ alimentum. Sed pinguium lignorum fumus admodum fuliginosus. Tædæ arboris nomen est, vide Plin. lib. 16. cap. 10. AVT NVMERVM LVPSVS) Nota omnibus huius bestia rapacitas, quam expressit fabellis suis Æſopus lepidissimè: sicut etiam si audulentiam Vulpis non uno loco. Potest torqueri dictum, lupus non curat numerum, in hominem oppidò furacem: immo & avarum, qui nihil pensi habet, unde nummos ad arcam implendam corradat. Vide Chiliad.

C. Stant

C. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ:

Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma:

55 OMNIA NVNC RIDENT: at si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina sicca.

T. Aret ager, vitio moriens sitit aeris herba:

Liber pampineas invidit collibus umbras:

Phyllidis aduentu nostræ nemus omne virebit,

60 Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.

C. Populus Alcide gratissima, vitis Iaccho:

Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.

Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,

Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.

65 T. Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis,

Populus in fluuijs, abies in montibus altis:

Sæpius at si me Lycida formosæ reuifas,

Fraxinus in sylvis cedet tibi, pinus in hortis.

M. Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsim,

70 EX ILLO CORYDON, CORYDON EST TEMPORE NOBIS.

Hyperbolica dissimilium collatione quantus sit etiam inanimatorum, seu natura erga Alexm amor, demonstrat. Cum enim modo lata & amena sint omnia, eius discessu erunt mæsta, & squalida, sic, et etiam exarescant ipsa flumina.] Theocrit. Idyll. 8.

Πάντα ἔαρ, πάντα δὲ νόμοι, πάντα δὲ γάλακτι

Οὐδ' ἀτα πλῆθυσιν, ἢ τὰ νεία τρέφεται,

Ἐν δ' ἀγρὰ πᾶσι δὴνίσσεται, αἰ δ' αὖ ἀφ' ἑσπ

Χ' ὁ παῖς ἐνέει πίνωδι, χ' αἰ βοτάναι.

Veribi, pascua ibi, distentq; passim ibi lacte

Ubera, ibi teneris fratribus esca sua est,

Ponit ubi pulchra illa pedem virgo: unde recedit,

Aret eo pastor, nec minus herba loco.

STANT ET IUNIPERI) Stare aliquando significat esse. Terent. Andr. Si poterit fieri, ut ne per me stetiſſe credat. Aliquando plenum esse, ut hic. Et lib. 12. iam pulvere celum stare vident. Sic apud Horat. lib. 1. Ode 9. Vides ut alta stet nive candidum Soracte. Silenna. celum caligine stat. Aliquando horrere, ut Virgil. 6. Æneid. stant lumen flamma. Lucil. stat sentibus fundus. Donat. in Terent.

Iuniperus viret coma perpetua, unde & topiario operi idonea: præterea cariem non sentit. Eius lignum, & rami odoratissimi: baccas fert nigras, odoratissimas, quibus in suffitionibus utimur. Est autem Dioscoridi duplex, maior & minor, &c. IACENT SVA SVB ARB. POMA) Hoc nō omnes fortasse, quamvis facile videatur, intelligunt. Neque enim ita loquitur, sub arbore iacent poma sua quæque, quod ineptum esset: verum ita: poma sub arbore sua quæque iacent. Itaq; sua dicitur auferendi casu, nec tam sua Virgilius, quam la scripsit. Id autem pro sua poni, ut & sos pro suos, docet ex Ennio Festus. Guil. Canter. lib. 6. cap. 28. ARET AGER) Par pari refert, & hyperbolen alia hyperbole remunerat. MORIENS HERBA) Varro lib. 4. Virgultum dicitur à viridi, idq; à vi quadam humoris, quæ si exaruit, moritur. Virgil. Georg. lib. 1. Et cum exustus ager morientibus estuat, herbis. LIBER PAMPIN.) Pampineas umbras collibus invidit Liber, quia nimio ardore solis pampini arescentes, frondes, quibus vvas nascentes operiant, non habent. Liber non ob licentiam linguæ dictus est inuentor vini, sed quoniā liberat seruitio curarū animum, & asserit, vegetiorēq; & audaciore in omnes conatus facit. Senec. de Tranq. c. 15.

Recte igitur poetæ, nunc vinopellite curas. mi-

Ati curas dilue Baccho, & sexcenta huiusmodi, quæ tute legisti sapius. Festus. Liber, inquit, repertor vini id eo sic appellatur, quod vino nimio vsi, omnia liberē loquantur. Liberalia, Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur θωνόσια. Nequius, liberrima lingua loquitur ludis Liberalibus. PHYLLIDIS ADVENTV) Apud Nemefianum Idæ verba sunt, in quibus aperte huius loci imitatio cernitur.

Te sine (ve misero mihi) lilia nigra videntur,

Pallentesq; rose, nec dulce rubens hyacinthus.

Nullos nec myrtus, nec laurus spirat odores:

At tu si venias, & candida lilia fient,

Purpureaq; rose, & dulce rubens hyacinthus,

Tum mihi cum myrto laurus spirabit odores.

B Phyllidis Thraciæ metamorphosin cum causa exequitur Hyginus cap. 59. Vide infra. Fraxinus in sylvis, &c. IVP. DESCEND. IMBRI) Descendere Iouem in nubes, cum tonaret, fulminaret, plueret, credebāt antiqui. Inde vocabatur ὑπταλάτης, id est, descensor, quem Elicium Latini dicunt: quod sit, ut ad eā opinionem, cognominationemq; poetarum Latinorū illa reuocanda sint, quæ à nobis surdis auribus non audiuntur, nominatimq; citanda sunt, & suis adscribenda auctoribus, ne quæ posthac fallant, quæ subiciā. Maro eclog. 7. Iupiter & læto descendet plurimus imbri. Ab eadem mente & illud manauit lib. 2. Georg.

Tum pater omnipotens fecundis imbribus ather

Coningis in gremium læta descendit.

Quod tamē ex Euripidis etiam versibus imitatum & effictum est. Horat. quoq; in Epod. Ode 13. nō alia de causa scripsit, & imbres, Nivesq; deducunt Iouem. Nam Iupiter de cælo deducitur priscorum superstitione, & sententia, cum in imbres descēdat. Turneb. lib. 9. c. 9. POPVLVS ALCIDÆ GRATISS.) Quæ arbores quibus numinibus dicatæ sint, enumerat Corydon: Thyrsis autem, quæ ubi proueniant. Nemefian. eclog. 2.

Nam dum Pallas amet turgentes sanguine baccas,

Dum Bacchus vites, dens & sua poma Priapus,

Pascua læta Pales, Idas te diligit unam.

Iam huius carminis, Populus Alcide gratissima, &c. & quæ deinceps sequuntur septem, sententiam & artificium fusē & eruditē tractauit Nannius lib. 6. cap. 10. ad quem te remittimus. Iacob. Pont. FRAXINVS IN SYLVIS)

Imitatus est hunc locum haud illepidè Calpurnius, sicuti alios quamplurimos è Virgilianis Bucolicis: imitatus est, inquam, eclog. 3. in hunc modum.

*Te sine vel misero mihi lilia nigra videntur,
Nec sapiunt fontes, & acescunt vina bibenti.
At si tu venias, & candida lilia fient,
Et sapient fontes, & dulcia vina bibentur.*
Et Nemesian. eclog. 2.

*Te sine vel misero mihi lilia nigra videntur,
Pallentesq; rose, nec dulce rubens hyacinthus, &c.*

Quos versus vter alteri furatus sit, aliis iudicandum relinquit Scaliger Poet. lib. 5. cap. 5. Calpurnium quidem ad Nemesianum suas misisse eclogas, ex Flauio Vopisco patet. De fraxino dicitur ad 2. Georg. ibi, *Plantis & duri coryli nascuntur, & ingens Fraxinus*. Iacob. Pont. ABIES

IN MONTIBVS ALTIS) Quia laudatissima abies in Alpibus, & Apennino nasceretur, ut Plin. lib. 16. cap. 10. prodidit, coniecit ed respexisse Virgilium V. C. Marcus Vellserus, lib. 4. de Augustan. antiquitat. opere ad Cle-anthis utique lucernam elaborato. VICTVM FRVSTRA CONT. THYR.) Sæpius mecum cogitavi, quidnam illud esset, cur Virgilius Corydoni potius, quam Thyrsidi palmam canendi adiudicaret. Non enim temerario iudicio ab eo factum mihi persuadeo. Obseruavi Virgilium sub alieni iudicis persona incorruptissime de suis carminibus censuram facere: atque ideo, cum maximi faceret octauam eclogam, suum id iudicium tacitum non habuit. *Pastorum, inquit, Damonis & Alphesibæi,*

*Immemor herbarum quos est mirata iuuenta
Certantes, quorum stupefacta carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus,
Damonis musam dicemus, & Alphesibæi.*

Vbi tacite eas vires sibi in carmine adscribit, quas Or-

Apheus habuit, neque id immerito. Nihil enim venustius aut eloquentius hac Ecloga in toto corpore Bucolico. Nec imitatis rebus, sed suis inuentis minor est Theocrito. Sed ut ibi iustus est arbiter pastor: ita hic quoque eum usum esse accuratissimo iudicio non dubitandum. Vigilantissimus enim poeta, ut euentis canendi nomen quoq; personæ congrueret, elaborauit: alterum Thyrsin à Bacchica hasta, alterum ab aue vocalissima, alias a lauda dicta, & post lusciniæ primæ dignationis, Corydonem appellauit: quo nomine & in Alexide se ipsum dignatus est, per ambages indicans, quicumq; secum Bucolico carmine decertaret, quantumcunque Bacchi numine afflatus sit, nullam spem victoriæ habere posse. Principio ferè illos æquales dotibus exhibuit, memor quod statim in fronte Eclogæ dixerat,

*Ambo florentes ætatis, Arcades ambo,
Et cantare pares, & respondere parati.*

Cæterum in fine tantum est discriminis, quantum inter lances Iouis, quibus Hectoris & Achillis fata expenduntur. Nannius lib. 6. cap. 10. EX ILLO CORYDON, CORYDON EST) Theocrit. Idyll. 8.

Καὶ τὸ τῷ Δάφνι καὶ τῷ ποιμένι περὶ τὸ ἐγεντο.

Primus apud pastores ex illo tempore Daphnis.

Quamuis minimè dubium esse possit, quin Virgilius Theocritum in illo versu imitari voluerit, quum etiam eo claudat suam eclogam, sicut Theocritus illo suum Idyllium (nam penultimus est) sensus tamen latini esse idem non potest qui greci, nisi vel Corydon in posteriore loco aliter quàm in priore accipiamus; vel aliquid, tanquam in ellipsi subaudiamus. * Ex illo, subaudi tempore, postquam vicit Thyrsin Corydon, est nobis Corydon, capit à nobis ob hanc victoriam obseruari ac suspici. Proverbium in eos, quos in aliqua re victores admiramur.



Ecloga octaua. Pharmaceutria.

SYNOPSIS.

DVabus omnino partibus consummatum istuc poematum. Priore non potest satis admirari Damon stoliditatem puella Nise, quæ sese nuptijs Mopso tradiderit: autumatq; tam contraria in ista maritacione commissæ, ut si gryphes cum equis, quibus multo sunt insensibilissimi, & infestissimi, redirent in gratiam, & oues lupi ultro fugerent. Profecto sub aheneum matrimonij iugum persepe veniunt forma, diuitijs, moribus, & ingenijs longè impares: atq; inde nimirum tot bella, tot lites. Idem Damon in super in amoris diritatem tyrannidemq; (expertus videlicet) grauissimè inuehitur. Et hæc quidem de prima parte. Altera è Theocriti fonte, nempe ex Idyllio eius secundo, Pharmaceutria deducitur. Alphesibæus enim personam sustinet veneficæ mulieris, quæ cantionibus, & sacris quibusdam magicis amasij sui animum à se auersum reddere sibi nititur. Statuitur ante oculos audacia, & nequitia vetularum, quarum hæc solèt esse studia. Sed Maroniana à Theocriteis exitu etiam discernuntur: quod apud Græcum tristis, & quodammodo tragicus: apud Latinum letus, & quasi comicus reperitur. Prætextitur huic Eclogæ proæmiolum sub persona Virgilij, in quo & Augustum affatur, & pastoritium hoc ei carmen dedicatum cupit: quod cum verbis ipsis, tum sententijs quoq; per amœnum, & poetæ præterea iudicio vehementer probatum (id namque facile ex primis versibus colligitur) fateamur necesse est. De huius inter alias Eclogas præstantia, supra ex Nannio relatum

non-